Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

nencia honestorum morum simul emi-
neret studio variarum artium. De quibus
multa monimenta sui naturalis inge-
nii nobis reliquit. Nam naturale ho-
rologium ad exemplum celestis hemi-
sperii excogitavit. naturalia solsticia
sive equinoctia et statum mundi
certis experimentis invenire monstra-
vit. que omnia etiam literis man-
dare curavit. multas etiam questiones
de compoto probatissimis racionibus eno-
davit. Hic in musica peritissimus fuit.
multaque illius artis sublimia anti-
quis doctoribus incognita elucida-
vit. multos etiam errores cantibus
deprehensos satis racionabiliter ad artem
correxit. In quadruvio sane omnibus
pene antiquis videbatur preminere.
Soli autem deo placendi cupidus et car-
nem suam cum viciis et concupiscen-
ciis crucifigere aggressus. ieiuniis vi-
giliis. asperitate etiam cilicii macera-
bat corpus. Sic ergo fide firma-
tum. spe roboratum. caritate radica-
tum et fundatum. omnique morum probita-
te decoratum. providencia dei omni-
potentis hirsaugensi cenobio pre-
sorem destinavit ad solacium multo-
rum. Denique fratres in eodem cenobi-
o deo servientes. cum iam fuissent
rectore destituti. dulci eius rumo-
re delectati. honestos legatos ad
eum evocandum direxerunt. At
ille causa cognita non se in superbiam
extulit. sed ieiuniis et oracionibus
vacans. iunctis secum aliis spiritualibus
hominibus domini voluntatem hac in
re querendam statuit. Demum accep-
ta licencia. licet boni quique ei con-
gratularentur de honoris sibi placacione.

sibi tamen dolebant. quod carerent eius
familiaritatis et affamminis perdulci
solamine. Ille vero non querens que sua
sunt. sed que domini. professus est se non aliter
omnino consensurum electioni. nisi prius
idem cenobium integre redderetur libertati.
Igitur quia in iuris proprium ... ti-
hoc idem monasterium adelbertus co-
mes. et advocatus eiusdem loci
cum suis parentibus redegerat et pene
destruxerat. conspecta viri dei constancia
et magnanimitate. in omnibus se ei obtem-
peraturum simulabat. Cum eodem namque
beato viro cartam regiam adeptus ac
seculari astucia cyrographum compo-
suit. illo nil sinistri pre columbina
simplicitate suspicante. regioque si-
gillo illud firmari impetravit. Ad-
veniente igitur dominica ascensione que
illo anno evenit. iiii nonas iulii. con-
vocata clericorum et laicorum multitudi-
ne omnium communi voto hic venera-
ndus pater electus. laudatur. et cum
nimia inundacione fletuum in sede
abbatis est collocatus. Qua dig-
nitate suscepta. cepit celestis stu-
dii fervore tanto magis inardesce-
re. quanto se cognoscebat ceteris exem-
pli gracia prelatum esse. suumque sagax
studium super omnia convertit ad
observacionem religionis monastice.
Alacer erat in exhortando. severus
in corripiendo. Nulli invidus. cari-
tate diffusus. et largitate extitit
munificus. Cum gravitate dulcis
ei affabilitas inerat. per quam cordi-
bus humanis suaviter influebat.
Negocium singulorum ac si proprium
estimabat. Peregrinos et
pauperes paterno affectu fovebat.